Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36544
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ta subiciantur a patre. malum autem quare et quomodo et unde sit et quod coope
retur quidem bono, sed non proposito bono, et que sint signa boni que vero
mali, et que sit differentia dualitatis et coniugationis. Septimus
vero que sint que precepit sunt duodecim apostoli apud Hierusalem in templo.
Octavus de verbis domini que sunt videntur que esse contraria sed non sunt, et
que horum absolutio. Nonus quam iusta et perfecta sit lex que a deo
posita est. et quod sola possit facere pacem. Decimus de nativitate
hominum carnali. et de generatione que est per baptismum. et que
sit in homine carnalis seminis successio et que anime eius ratio
et quomodo in ipsa est libertas arbitrii. que quoniam non est ingenita sed facta est im
mobilis a bono esse non poterat. De his ergo singulis que apud cesaream
disserta sunt a petro. iubente ut dixi ipso decem conscripta ad te transmi
si volumina. Nos autem die postera ut statutum fuerat cum aliquantis
qui petrum sequi decreverant fidelibus viris a cesarea proficiscimur.

PROFECTI A CESAREA ut tripolim pergeremus. apud doram breve oppi
dum primam fecimus mansionem. que nec longe aberat. et omnes quasi per
sermonem petri crediderant. divelli ab eo satis egre habebant
sed pariter incedentes dum iterum videre. iterum complecti iuvat.
iterum conferre sermonem. ad diversorium pervenimus. Sequenti vero die
venimus ptolomaidem, ubi decem dies demorati cum aliquanti verbum
dei recepissent. non nulli eorum qui attentiores videbantur diutius de
tinere nos doctrine gratia cupiebant. tripolim si hoc velint ut
sequerentur indicavimus. Similiter et apud tirum ac sidonem et be
rytum fecimus. et his qui pleni desiderabant audire sermonem.
apud tripolim nobis hiemandum denuntiavimus. Igitur cum ex sin
gulis civitatibus studiosi quique comitarentur petrum. electorum
multitudo plurima ingredimur templum [tripolim]. Continuo autem ante
portas civitatis fratres qui premissi fuerant occurrerunt et suscipi